



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Onager.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

## Aper, Cervus, Caprea.

**Q**uemadmodum desiderat cervus ad fontes  
 aquarum, ita desiderat anima mea ad te  
 Deus. Pl. 44. Sicut perdix inducitur in caveam,  
 Et ut caprea in laqueum, sic Et cor superborum.  
 Eccli 11. Destruxisti maceriam (sepe in murum  
 vineæ) Et vincemiant eam omnes, qui pratergre-  
 diuntur viam. Aper de sylva, Et singularis ferus  
 depastus est eam. Pl. 79. Applica tepido laxo re-  
 gulas, præcepta transgredienti.

## Onager.

**V**trivarius in superbiam erigitur, Et tanquam  
 pulum onagri se liberum natum putat. Job.  
 5. Talis est nobilis indoctus, ceris majorum  
 intumescens, & nil habens ex propriis talentis  
 vel meritis, & tamen ceteros omnes despiciens.  
 Onager in desiderio anime sue attraxit ventum  
 amoris sui, nullus avertet eum. Jerem. 2. Ona-  
 ger sive asinus sylvester teste Plinio animal sala-  
 ciosissimum, cum æstuat in consortem suam, ca-  
 ptat auram & odorem femellæ, & tantâ in eam  
 contentione fertur, ut nullus eum avertere pos-  
 sit: idem furor est in onagra respectu onagri,  
 quem per saltus & nemora furibunda inlequi-  
 tur. Sic Jeremias dicit exarsisse Israelitas in  
 idola sua. Idem est de mare & scæmina homine  
 perditè se amantibus. Nam quos innata inge-  
 nuitas, educatio, timor Dei non cohibet, hi  
 pudore

pudore semel deposito instat bestiarum se gerunt. Onagra velocissimo cursu suo Venatores insequentes eludit: capitur tamen facile, cum generationi vacat, foetu ac mensuris laborat. *Hinc omnes, qui querunt eam, in mensuris eius inveniunt eam.* Jerem. 2. Ita in sensu literali à Jeremia intento Israelitæ perduto suo idolorum cultui addicti facile cesserunt in prædam Egyptiis & Chaldæis. In sensu tropologico teste S. Greg. facile in prædam cedit Diabolo luxuriæ luto infixus.

*Lupus.*

**B**enjamin lupus rapax Gen. 29. In sensu bono applicatur zeloso operario. S. P. Nostrum insigne gentilitium lupus erat. *Lupus & agnus pascentur simul.* Il. 65. Barbarus benè natus, à natura ferus & mitis in eadem Ecclesia, religioso ordine. *Hypocritæ sub vestimentis ovium, exteriori morum compositione, intrinsecus sunt lupi rapaces.* Matth. 7. *Mitto vos sicut agnos inter lupos.* Luc. 10. Viros Apostolicos inter Barbaros inveteratos peccatores. Et certè sic Apostoli, sic eorum vestigiis insistentes usque modo viri Apostolici mansuetudine suâ ac humilitate gentiles lupis atrociores subjecerunt. *Acquisivit humilitas, superbia quod amisit, & grex pusillus ac mitis totas & varias edomuit propriâ mansuetudine feritates. Pusillus grex vicis ac fregit tot genera bestiarum, quot diversitates subdidit iugo Christianorum.* S. Chrysol. advertite hic, quo-